



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Nic. Clenardi Epistolarvm Libri Dvo**

**Clénard, Nicolas**

**Antwerpen, 1566**

C. Plantinvs Lectori Benevolo S.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70781](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70781)

C. PLANTINVS LECTORI  
BENEVOLO S.

Ca. Clusij.

**C**VM nuper Carolus Clusius vir doctus & ad rem literariam promouendā promptissimus, ex Hispanijs rediens, ad me pro antiqua nostra familiaritate salutandi gratia diuertisset, ille, ut est ingenij sui candor, quæ illinc secum rara exportarat, nobis ostendit. Inter quæ cū essent Nic. Clenardi viri doctissimi epistola quamplurima nunquam edita, lepida iuxta & erudite; rogavi, earum mihi faceret copiam, ut, ubi primum liceret, me auspice omnium in oculis, uti dignæ erant, apparerent. Fecit ille pro suo more, & nostra necessitudine lubentissime. Quia autem intelligebam ipsum Clenardum, quoad vixit, D. Iacobo Latio Theologo doctiss. unice carum semper fuisse, ut etiam epistola testificatur, conatus sum rescire, num idem aut alius quispiam propositum hoc nostrum adiunare posset. Adiunxit verò ille, non quidem accessione aliqua, sed opportuno consilio, admonens, ut alterū eiusdem Clenardi epistolarum librum, semel atque iterum euulgatum, præponeremus: præsertim cū iamdiu exemplaria passim desiderarentur. Quod consiliū quanti fecerimus, facile tu amice lector, cuius causa omnia cupimus & facimus, ex operis titulo intelliges. Vale. Antuerpia, ex officina nostræ typographica, Kal. Martij. Anno 1610. 10. LXVI.